



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

53 Excommunicationis poenam incurrunt iudices seculares, qui partes actrices compellunt ad revocari faciendum inhibitiones, & ad faciendum à censuris, & poenis absolvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

eclesiastica, sive seculari, ut per Navar. 55. *dicto num. 68. vers. declaratio prima, & Sayr. d. cap. 17. in fin.*

52 Decimoquarto ¶ omnes, qui per se, vel per alios auctoritate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab auditoribus, & commissariis Apostolicis, aliisque iudicibus ecclesiasticis avocant, illarumque cursum impediunt; ac se ad illarum cognitionem, tanquam iudices interponunt.

53 ¶ Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, ac faciunt ad revocandum, ac revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolvi per statutum, vel alias compelluntur, &c. Et quia Navar. hanc clausulam difficilem, & obscuram intactam absque aliqua expositione reliquit, ut inquit Vivald. in *Candel. Aur. super explanatione, ejusdem Bull. Cœn. Domini cas. 14. nu. 99.* Animadvertendum est, quod pluribus modis iudices ecclesiastici à laicis ad revocandas inhibitiones sententiasque, censuras, & pœnas compelli dicuntur.

54 Primò ¶ per statuta, edicta, vel decreta laicalia, ut in *Bull. Cœn. Domini nu. 14.* ibi per statuta vel alias compellunt. Et statuta hujusmodi sunt nulla de jure etiam Casateo *auth. cassa,* & ibi Bart. *C. de sacrosanct. Eccles. & de jure canonico* ut per Abb. in *cap. adversus num. 2. 7. & 11. de immunitat. Eccles.*

Facientes autem ¶ servare statuta, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem, nisi ea infra duos menses fecerint amoveri, sententiam excommunicationis incurrunt, ut *ca. noverint, de sentent. excom.* & non sufficit eorum cassatio, sed debent aboleri, & cancellari de volumine, ut per Bart. in *d. auth. cassa, in fin.* Felin. post alios in *cap. Ecclesia 3. Maria num. 109.* quem refert, & sequitur Card. Tolet. in *lib. 1. instr. sacerdot. cap. 37. vers. adverte autem,* & Bull. Cœn. Domini per se patet *sub num. 20. vers. declarantes,* ¶ ibi, ac quoad eos, qui contra eccles. libertatem, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, prærogativas, & decreta hujusmodi publice revocaverint, & ex archivis seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari; ac nos de revocatione hujusmodi etiam certiores fecerint: absolutiones eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunque tempore continuata, in præmissis omnibus, & singulis quibuscunque juribus Sedis Apostolicæ, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ undecumque, & quandocumque quaesitis, & quaerendis, nullatenus præjudicare posse, ac debere.

57 ¶ Et illa verba, in præmissis omnibus, & singulis in fine Bullæ posita, sunt relativa, quæ comprehendunt omnia in Bulla narrata, quibus quovis modo præjudicari non potest, *l. esse toto,* & ibi

R r r 3. Bart.